

ationem Dotis imputandi, dum Testator Uxorem heredem instituit via durante, ultra restitutionem Dotis per verba (Universale Herede non nomio &c. la Signora Alphonina Ranieri mia dilectissima Consorte durante la sua Vita naturale &c. Oltre la restituzione della sua dote consistente in scudi 4000. Unde cum expresse imputationem non demandaverit, censetur voluisse Mulierem consequi tam usufructum, quam Dotem ad Text. in leg. unica §. Primus itaque, vers. sciendum Cod. de rei uxoris actione plenè Rot. decis. 152. num. 19. par. 9. & decis. 17. num. 12. par. 16. rec. & in Faventina legati 2. Martii 1665. §. Justum vero mandatum coram clar. m. Card. Toja.

Nec contrarium desumi potest ex eo, quod idem Testator paulo infra rogaverit Uxorem, ut quam primum extingueret ejus Debita ibi (Prego &c. che detta mia Signora Consorte paghi quanto prima puole li miei debiti, e non potendo siffino tenuti a pagarli, e castarli con l' entrate della mia Heredità l' Herede, & Heredi sostituti &c. quia ex his non resultat Uxorem fuisse obligatam solvere ex fructibus, sed bene solum Heredes proprietarios substitutos, ex adductis per Bellon. Sen. conf. 7. num. 12. Gratian. decis. Mar. abis 47. num. 15.

Quod maxime etiam convincitur tunc ex discretivo modo loquendi, quo testator gravavit dictos Heredes proprietarios ad solutionem Debitorum ex fructibus Hereditatis; sicut enim ubi voluit Heredes prædictos teneri ad extinctionem æris alieni ex fructibus litteraliter expressis ita expressisset si eodem modo Uxorem gravare voluisset, & dum non expressit censendum est se conformare voluisse cum dispositione Juris communis, ex qua usufructuarius non tenetur ad solutionem debitorum ex fructibus, sed tantum parti distractionem Capitalis, ut illa dimittantur, Menoch. lib. 4. præsumpt. 143. nu. 13. Donat. Anton. de Marin. lib. 1. resolut. 249. nu. 4. Castil. de usufruct. cap. 59. n. 19. Altimar. ad Rovit. dec. 43 sub n. 13. §. Aut vero, Cypic. lat. dec. 102. nu. 47.

Tum ex eo, quod deputato per testatorem Bastianello Persona sibi fida, & de legato annuo honorata, ad assistendum hujusmodi solutioni debitorum cum facultate ad dictum effectum exigendi fructus suæ Hereditatis, & locandam Bona, ut latius in Testamento, de quo in Summario Rainerii num. 2. §. E perche in sferano desiderio. Iste tamen nunquam, donec vixit Alphonina, se immiscuit in hujusmodi administratione, conciliis forsitan voluntatis Testatoris per ipsum sibi communicatæ, cum facultate cum declarandi circa disposita in Testamento, quatenus aliqua difficultas oriretur, & quod staretur eius declarationi, ibi (Stante che il medesimo sia a pieno informato della mia volontà & a tutto quello, che da esso sarà dichiarato debba starli senza reclamazione dicit. Summario d. num. 2. §. In oltre dichiarato. Cum ipse ab hujusmodi munere administrationis se abstinuerit, & pariter Heredes proprietarii nunquam infisterint apud Mulierem pro adimplemento, ex hac observantia sequitur, quod talis fuerit voluntas Testatoris, cum etiam ex non facto Heredis, & executoris declararetur ex firmatis per Rot. dec. 520. nu. 15. par. 13. dec. 21. nu. 15. par. 19. rec.

Et sane inverisimile admodum visum est, quod Testator totus effusus in amorem Uxoris, quam dilectissimam appellavit, ibi (mia dilectissima Consorte,) & quæ cum ipso consensuit, ac liberatam voluit a confessione Inventarii, præstatione fidejussoris, & a redditione rationis, & hanc esse suam voluntatem eamque exæqui omni meliori modo, ut in Sum. d. num. 2. vers. Item in tutti li miei beni, voluerit inquam usufructum, quem et relinquere, cedere in causam Dotis, quam ultra illum legabat, ex hac enim dilectione Viri erga Uxorem oritur argumentum pro exclusione compensationis firmavit Rot. in d. Faventina Legati 2. Martii 1665. §. Et adhuc in fine coram clariss. memor. Card. Toja.

Quo vero ad mobilia, ultra, quod apposta illorum retentio retardare nequit Dotis restitutionem cum agatur de Mobilibus Ruri detentis, & ulterius Alphonina solverit etiam plura debita hæreditaria in summa scutor. 900. cessat objectum ex facto, dum Borgia hæres substitutus statim sequuta morte dictæ Alphoninæ absque ullo ministerio Judicis occupavit possessionem omnium Stabilitum, ac Mobilium, ut deponunt Testes Summario Rainerii nu. 5. quod verificatur etiam ex confessione judiciali ejusdem Borgiae emissa in replicatione data contra præceptum,

seu Monitorium super manutentione in possessione tam stabilium, quam mobilium ad instantiam Rainerii hæresis Alphoninæ expeditum, & dicto Borgiae præsentatum Sum. num. 6. præter quod hujusmodi exceptio tanquam requirens altiorem indaginem non admittitur in Judicio executivo, & privilegio restitutionis Dotis, & Crediti undequaque dati, & liquidi, Rot. decis. 194. nu. 37. & 38. & dec. 245. n. 9. p. 18. & dec. 184. n. 17. p. 19. rec. Et ita utraque &c.

R. P. D. S C O T T O.

Romana Legati.

Ven. 3. Decembris 1694.

A R G U M E N T U M.

Legatum conditionale ad Hæredes non transmitteretur tamen si contineret relictum Dotis quæ loco legitimæ succedit, in excessu tamen non fieret transmissio ad ornatum Disf. LIX. de Legat. Card. de Luca. Ad inducendam transmissionem Legati conditionalis ex voluntate Testatoris ista debet claris & indubitis probari demonstrationibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Legatum caducatur si Legatarius decedat ante purificatam conditionem.
- 2 Das ex statuto Urbis loco legitimæ succedit.
- 3 Legatum dotis loco legitimæ succedentis relicti omne onus & licet sub conditione conceptum pure debetur.
- 4 Id quod dispositum habetur de dote procedere debet in illius augmento.
- 5 Legatum relictum pro augmento dotis licet sit conditionale pure debetur si dos loco legitimæ succedat.
- 6 Illatio non fit ad diversa.
- 7 Legatum non dicitur factum pro supplemento dotis si dos in alia Testamento parte fuerit pure ac absque conditione relicta, legatum vero conditionaliter scriptum.
- 8 Legatum dotis loco legitimæ succedentis potest gravari in parte legitimam excedente.
- 9 Augmentum quod cadit super persona dici non potest quæ accrescat portioni.
- 10 Verbum di piti synonymè usurpatur cum altera ditione ultra.
- 11 Disfio ultra ostendit summam relictam esse distinctam ab alia pariter legata.
- 12 Res legata ultra dotem non censetur relicta in augmentam dotis.
- 13 Patris judicium in dotatione filiarum rectum semper de jure censetur.
- 14 Statutum Urbis cap. 145. non derogavit L. quoniam in prioribus Cod. de inoff. Testam.
- 15 Imputatio admittitur solum in pure relicti.
- 16 Facto plus est ver declarata quam verbis.
- 17 Conjecturae cedunt veritati.
- 18 Etiam descendentes comprehenduntur sub regula quod legata conditionalia non transmittuntur & si legatarius sit de descendentibus Testatoris, tantum operatur ut minores conjecturae exigantur pro inducenda transmissione.
- 19 Dispositio quando potest impleri & purificari in filii primi gradus tunc extendi non debet ad Nepotes.
- 20 Filia concepti non debet de Patre sistere a principio equalitatis servaverit licet ex casu dispositio evenerit inequaliter.
- 21 Ad inducendam transmissionem in legato conditionali dubie, & leve non sufficiunt conjecturae.
- 22 Et ad magis sustinendam regulam transmissionem denegantem etiam leviores exhibent conjecturae.

D E C I S I O XIV.

L Aurentius Gavottus in eius ultimo, cum quo deceffit, elogio, relicta dote sc. 50000. Auri tamparum iure institutionis Mariæ Hieronymæ, & Cecilie suis filiabus cui-

cuilibet solvenda, & institutis hæredibus universalibus ceteris quatuor propriis filiis masculis natis, & posthumis istis omnibus descendentibus sine filiis dispositi ulterius in favorem filiarum dotatarum per hæc verba—E caso che morissero tutti li figliuoli maschi sopradetti di esso Testatore nel modo sopradetto senza lasciare legitimi, e naturali figliuoli, vuole, ordina, e commanda, che si accresca a ciascheduna delle figlie sue femmine sopranominate, e che nasceranno doppo il presente Testamento cinque mila scudi in oro di più della sopradetta Dote, se si troveranno maritate, o se si haveranno a maritare & in caso che si trovassero fatte Monache, & che si vogliano monacare vuole, che habbino la loro Dote conveniente come di sopra, summ. utriusque Partis n. 1.

Secuto obitu omnium heredum Institutoris sine filiis, Laura Cassida de Maximis filia, & Hæres Mariæ alterius dd. filiabus Laurentii Testatoris credens per obitum Caroli ultimi ex omnibus hæredibus instituti sine filiis defuncti purificatam esse conditionem pro consequendo d. Legato scut. 5000. auri, iudicium movit in Tribunali A. C. à quo mandatum in favorem obtinuit relaxari, cujus executione suspensa per signaturam justitiæ, mibique causa commissæ ad instantiam D. Angeli Dominici Mariæ Gavotti, hodie rei conventi à R. P. D. Francisc. Maria Caraffa ex persona d. Lauræ Cassidæ de Maximis Actore, dubitavit in hodierna Audientia An dictum Mandatum esset exequendum, & DD. negativè responderunt.

Retento enim themate supra expresso verborum super quibus conceptum est Legatum—In caso che morissero tutti li suoi figli maschi, senza lasciar figli per solvendi filiabus—che si troveranno maritate, & o si haveranno da maritare—apparuit illud existerè sub duplici conditione obitus omnium Hæredum sine filiis, & superviventia filiarum prædictis Hæredibus institutis, quapropter cum Maria Audrix mediate D. Francisci Mariæ decefferit ante ultimum ex filiis masculis institutis, utique Legatum videbatur remansisse inutile, & caducatum ad Textum in L. unica §. In autem aliquid C. de caduc. tollend. Altograd. conf. 46. numero 7. & 8. libro primo, conf. 87. numero 62. & seqq. lib. 2. Mart. Medic. dec. Senen. 2. exam. 2. n. 50. & seq.

Hanc regulam certam in Jure pro non transmissibilitate legati sub conditione concepti, quam impugnare non poterant Defensores Domini Francisci Mariæ limitate conabantur arguendo, quod licet in presenti hypothesei legatum fuerit relictum, ut solummodo in eventum obitus masculorum sine filiis deberetur, attamen cum voltum fuerit ut accrescat filiabus pro dotibus, quæ ex Statuto urbis cap. 141. libro primo loco legitime succedat, ac propterea omne onus, & conditionem rejiciunt per Textum in L. quoniam in prioribus Codice de inoff. Testament. hinc licet sub conditione conceptum pure tamen debebatur, cum idem quod habetur dispositum de Dote, procedere debeat in illius augmento pro Textum in L. inter soerum §. cum inter ff. de pact. dotalibus, ubi glossa verbo separabitur. Merlin. de pigiore lib. tertio questione 50. numero primo & seqq. & de leg. lib. 2. tit. 2. par. 12. numero 40., & in terminis augmenti Dotis firmat Noal. de transmission. cas. 18. numero quinto & septimo, & Card. de Luca de Dote disf. 141. n. 5.

Quæ tamen DD. visa sunt non posse procedere ex defectu suppositi, quod unice erat probandum, videlicet controversum legatum esse augmentum dotis, quodque sine attento verborum contextu, sine data cum tali preservative, & licet conditionaliter relictum pure debeat cum superadditum fuerit duri par debitate, cujus naturam assumit, & liberum fit, dum illi accrescit, licet antea sub conditione conceptum ut satis præcisè firmare videntur Ancharan. conf. 226. sub numero 9. Riminald. Jun. conf. 445. numero 49. vers. habet ergo filiam tom. 4. Noal. de transmission. cap. 18. sub n. 14. vers. quia si pars.

Quia cum ex contextu dispositionis, quia ex legali intellectus statutaria constit. deducto, & ex ipsomet facto Patris Mariæ premissis, agnition fuerit legatum controversum non posse ceteri tanquam augmentum dotis, huc minus convinci visum est ex illis verbis—Salvo che nel caso infrascripto quæ possunt quidem præservare filiabus succedendi in legato cum conditionibus in eo-

expressis non autem significare, ut illud obtineant ex causa, & titulo dotis, quia non ipsi dori apposta leguntur, sed post illa verba sub quibus Testator eas excluderet ab omni alia prætensione super sua hæreditate, quapropter ne Testator post generalem exclusionem incontinenti aliud decerneret providè debuit præcavere, & idè ad hunc effectum necessariò apposta ad illud diversum referri non possunt L. Papinian. ff. de minor. 6. Rota coram Cervero dec. 12. numero 12. & dec. 42. numero 9.

Tum etiam fortius, quia objectum semper procedit cum supposito nunquam probato videlicet hoc legatum esse augmentum, & partem dotis, & hoc unum est in questione, An verè sit pars dotis, aut potius unum totum de per se consistens prout tale visum fuit ex superius recentitis, quodque magis est, ubi etiam controversum legatum possit ceteri aliquo modo sub nomine partis, tunc ista assumit naturam totius, quando relicta est sub eadem causa, & in eadem dispositione, quod implicat cum presenti, ubi dos constituitur uno modo, & loco videlicet libera, & in principio Testamenti, prætersum augmentum autem alio modo & loco penitus diverso, hoc est sub conditione, in alia Testamenti parte, ut in terminis ad effectum excludendæ transmissionis consuluit Redensch. conf. 5. nu. 27. in fine 7. Mura dec. 90. n. 55.

Hinc inapplicabiles erant auctoritates Ancaran. Riminal. & Noal. in contrarium adductæ, eo magis quia loquuntur in terminis statuti excludentis feminas à successione Patris, non simpliciter, sed quoniam succedunt masculi longe diversi à nostro casu à quibus proinde non est faciendæ illatio d. l. Papinian. ff. de minor. & seclusa qualitate augmenti dotalis huic legato omninò adaptabili cum d. legatum non possit considerari de natura totius, cujus non est pars, aliud sequitur, videlicet, quod in eo utpotè voluntario Pater postquam expleverat officium paternum potuerit prosequendo deinde suam dispositionem quomcumque adijcere, ut in terminis fortioribus ejus, quod relictum fuit filiarè per Patrem, licet in uno, eodemque legato ultra portionem legitimam, quod possit gravari in ea portione, quæ excedit legitimam, ac propterea non sit transmissibile, habetur per Textum in leg. scimus 36. §. cum autem C. de inoff. Testam. Bertazzol. in leg. qui negotiationem §. Pupillo ff. de administr. & peric. tutor. Mattheus Brun. conf. 83. numero 7. vers. contrarium tamen libro primo Cancerc. variat. resol. part. terza capitolo 21. de transmiss. numer. 337. Mangil. de impud. quest. 57. numer. 18. vers. si autem reliquisset Noal. de transmission. cas. 17. numero. 19. Rot. coram Priolo d. 415. numero. 18. in recent. decis. 10. nu. 11. pag. 15.

His positis in nulla consideratione habitæ fuerunt conjecturae per scribentes per d. Francisc. Maria cumulate quia licet verum sit legatum conditionale de sui natura non transmissibile posse effici tale ex conjecturata voluntate Testatoris, quæ in Testamentis totum facit ad Textum sine dispositionem statutariam tale non apparuit, quoniam ad contextum verborum dicitur ibi. si accresca a ciascheduna pih della sopradetta dote unde cum augmentum immediatè cadat super persona dicti non potest, quod accrescat portioni per Text. in leg. si Titio 39. in fine ff. de usufructu Bellon. de Jur. accrescend. cap. 7. qu. 70. numero 2. & 3. & secundo cum Testator usque fuerit illis verbis di più della sopradetta dote quæ dictio di più synonymè usurpatur cum altera ditione Ultra Præterea Lexicon juris verbo. ultra il primo Calvin. eodem verbo, ultra dimidium; id est ac si dictum fuisse: ultra dotem, hæc namque dictio de sui natura ostendit summam relictam esse distinctam, & separatam a dote l. filiam 16. ubi gloss. C. de colat. l. si ita legatum 68. ff. de Legat. 1. Thomat. dec. 50. n. 12. Rot. rec. d. 131. n. 1. & separata legatum a dote, & d. 360. numero 11. & 12. ubi quod separer unum ab alio sub eadem dispositione contento part. 9. & coram Blich. dec. 294. num. 1. & in terminis quod res legata ultra dotem non censetur relicta in augmentum dotis Corneli conf. 12. numero. 2. non est vers. sed probata lib. 1. Rot. d. 44. numero 2. & 3. part. 9. rec.

Quo verò ad dispositionem statutariam hæc mirificè retorquetur, retento enim, quod dos fuerit relicta cuilibet filia in scutor. 10000. auri (quantitate eademem satis

egregia (titulo institutionis, & pro omni, & toto eo, quod possent præterdere, officium paternum erat abunde expletum adversus quod nec poterant filiaz reclamare tum quia Patris Iudicium in dotatione filiarum rectum semper de iure censetur, Mascard. de probat. conclus. 570. num. 1. & seqq. Rot. coram Duron. Jun. decis. 1006. n. 14. Tam etiam quia ubi fuisset tenue, quod nunquam potest admitti, tum fuit in scut. 1000. auri pro qualibet, ita. urbis diti. cap. 145. derogavit quidem Text. in omnimodo C. de inoff. Testamen. ad hoc, ut filia non possit conquiri de dote a Patre data licet minore ipsa legitima, non autem l. quoniam in prioribus C. eodem, reijciete quamcumque conditionem doti appositam, ut latè apud Buratt. 14. d. 215. n. 1. & seqq. C. de. 289. n. 8. & in rec. dec. 10. n. 14. & seqq. par. 15.

Hinc cum Pater, qui plene expleverat officium suum dotem liberam relinquendo legato postmodum factò conditionem adiecerit, quod ad terminos statuti non erat sibi permiffum, ubi in causam doctis id facere voluisset, exinde patet aperte, & dicendum est in augmentum dotis non luisse ulterius disponere, ac in illa non esse imputandum ad Text. in l. scimus 36. vers. Repletionem autem C. de inoff. Testam. Peregrin. de fideicom. arr. 36. n. 112. Merlin. de legitima lib. 2. tit. 3. q. 1. num. 15. & seqq. Rot. cor. Priolo dec. 368. num. 11.

Eoque magis, dum ipsamet Laura audivit didi Francis Mariæ id ex factò proprio declaravit, nam ex persona Mariæ Matris legatum non petit, nisi post obitum omnium masculorum fine filius, & sic expectando purificationem conditionis, quod tamen non erat necessarium, ubi relictum fuisset in augmentum dotis, & successisset loco legitime, quæ neque sub conditione, neque ex tempore dari potuisset, sed statim cessisset dies illius ab ipso momento obitus Testatoris, à quo una cum fructibus non fuisset per Mariam omnium statim peti simul cum dote, quæ tamen ablona, & voluntati Testatoris expressè contraria videtur & ex ipso factò Mariæ bene etiam remanent de clara cap. Dilecti filii 52. ubi glof. in verb. factò de appell. C. de. 691. num. 4. & in rec. dec. 831. num. 6. parte 18.

Et licet ex conjecturis prætendatur probari transmissibilitatem legati: Attamen ultra quod conjecturæ sicut in qualibet materia, ita in presenti cedunt veritati, & debent esse admodum urgentes, & concludentes Rota cor. Cavaler. dec. 434. num. 2. & 3. & decisio. 462. num. 2. & decisio. 631. in fine coram Cerro ad illarum examen deveniendotalis visa non fuit prima sita in qualitate dependentiæ, quia huiusmodi qualitas bene operatur, ut leviores conjecturæ sufficiant pro transmissione, Gregor. decisio. 56. num. 1. non autem potuerit deservire pro conjectura ad illam inducendam, ex quo etiam descendentes comprehenduntur sub regula, quod in ipsos non fiat transmissio, Rota cor. Seraph. dec. 1014. n. 1. & 5. & decisio. 1479. num. 7. & coram Gregor. dicta decisio. 86. num. 1. & Adden. num. 11. & 12.

Neque potuit haberi in consideratione secunda, quod legatum collatum fuerit in remotissimum tempus, nam dum non fuit relictum post deficientiam lineæ, sed post mortem filiorum masculorum primi gradus, quo tempore non erat impossibile, quod filiaz feminæ superviverent, ut eventus demonstravit in superviventi Hieronymæ, idè potius retorqueri videretur vis huiusmodi conjecturæ, ad firmata per Rotam decisio. 279. num. 4. vers. tantum autem abest, & num. 5. parte 18. recentior. & penes Urceol. de transact. decisio. 38. num. 9.

Tertia deducta ex inæqualitate corrue videtur ex leatura ipsius testamentariæ dispositionis, à qua apparet, quod omnibus filijs æqualiter fuit factum huiusmodi legatum scutorum quinque millium auri, si verò Maria ob præmorientiam illud non fuit consequuta, conquiri debet de casu, non verò de Patre, qui fat est, quod æqualitatem ab initio servaverit, Rota decisio. 69. num. 7. dec. 118. in princip. vers. dum igitur, & numer. 1. dec. 262. num. 1. & seqq. p. 17. & dec. 297. nu. 1. & seq. part. 18. recent.

Demum quarta, quod exclusa transmissione essent deterioris conditionis descendentes à filiabus Testatoris, quam extranei hæres masculorum, inapplicabilis dignoscatur, dum ob præmorientiam Mariæ Legatum prædictum non fuit acquisitum extraneis, sed Carolo Fra-

tri, & respectivo filio Testatori, à cuius bonis non fuit unquam avulsum, cuius propterea damnum solummodo ubi illud præstare gravaretur filiabus Mariæ non autem favore extraneorum posset in consideratione haberi secundum, Rot. d. dec. 297. par. 18.

Ex quibus dubiis, & levibus conjecturis visum fuit, non posse recedi à regula iuxta ea, quæ habentur firmata per Rot. coram Bichio dec. 584. num. 10. & coram Cerro dec. 712. num. 8. Card. de Luca de fideicom. disc. 123. num. 3. disc. 124. num. 10. & dec. 127. num. 13. præcipue cum plurimè concurrent etiam non transmissio-ne relatè per scribentes pro Angelo Maria, quas recensere supervacaneum visum est, quia ubi etiam leviores fuissent, attamen regulam magis firmarent, Rota post Urceol. de transact. decisio. 28. num. 8. & coram Cerro dec. 131. num. 43.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. U R S I N O.

Romana Legatorum.

Ven. 27. Januarii 1690.

ARGUMENTUM.

Legatum annuum absque temporis præfinitione relictum est in principio cuiuslibet anni anticipatè de iure persolvendum, esse tamen potest adimplendum si contraria Testatoris voluntas resistere que valeret convinci si demandaverit Legatum solvi ex fructibus Hereditatis, isti autem potestiatè tantummodo exigerentur.

S U M M A R I U M.

- 1 Legata annua absque præfinitione temporis veliæta persolvi integrè debent in principio cuiuslibet anni.
- 2 Vel saltem de semestri in semestri anticipatè.
- 3 Concurrente tamen contraria voluntate Testatoris potestiatè sunt solvenda, si voluntas tacita sit si fructibus expressa.
- 4 Voluntas Testatoris est tanquam lex omnino servanda.
- 5 Collectio annui Legati: que faciendæ est ex fructibus potestiatè fieri debet si potestiatè fructus recolligantur.
- 6 Solutio legati est regulanda iuxta solitum prædictatum à Testatore dum vivit.
- 7 In claris cessant argumenta & conjecturæ.
- 8 Una determinatio respiciens plura determinabilia æqualiter debet omnia determinare.
- 9 Hæres intra vires hereditarias tenetur servare Voluntatem Defuncti, nisi adveniat hereditatem cum beneficio legis & inventariis & num. 10.
- 11 Nec super bonis defuncti potest impedire executionem sub prætextu redditionis rationis.

D E C I S I O. XV.

B On. mem. D. Marchio Franciscus Ruspulus instituta hærede Domina Marchionissa Hieronyma Ruspula eius dilectissima Uxore in ultimo, cum quo decessit, Elogio præ cæteris ita disposuit. Cbe la medema Sig. Marchese prima d'ogni altra cosa si pigli la sua dote &c. & dalli frutti della mia heredità debba, e posta pigliarsi liberamente scudi dodici mila annui, e del restante di esser la scio, che tanto detta Signora Marchese Girolama mia Erede essa vivente, quanto doppo morta lei, la mia heredità, e quello al quale detta Signora Marchese Girolama mia herede la restituirà &c. debba dare all' Eminentissimo Sign. Cav. Galeazzo Marsiccotti mio Fratello liberamente, e senza eccezione alcuna scudi sei mila annui durante solamete la sua vita, e non più. Item al Sign. Conte Alessandro Capizucchi mio Fratello liberamente, e senza eccezione alcuna scudi 2. m. annui durante la sua vita, e non più. Mortuo cum hac dispositione Testator sub die prima Decembris

bris 1687. & protracta per D. Marchionissam solutione prætorum legatorum uide ad mensum Maii proxime subsecuti, cum ipsa prius de dd. scuris 12. m. integrè satisfacta non foret. Eminentiss. D. Card. Marsiccotti, & Dom. Comes Capizucchius ejus germanus Frater egerunt de mensè Junii coram Reverendiss. P. D. Urigo Judice ab A. C. deputato pro terminis in præteritum decursis, ac pro anticipata solutione decurrentis, & voti comotes facti, mandata obtinuerunt pro utriusque, necnon iudicatum, quod termini in futurum decurrendi essent persolvendi pro rata de semestri in semestri anticipatè. A quibus interjecta ex parte ejusdem D. Marchionissæ appellatione, eaque mihi delegata per Signaturam Justitiæ cum clausula sine præjudicio legitime executionis, dubium de ordine Sacræ Rotæ subscriptum, disceptandum de more dedi, Quomodo, & quo ordine sint solvenda legata. Et Domini sub die 17. Junii proxime præteriti in varias sententias divisi hodie convenerunt, legata esse solvenda de semestri in semestri potestiatè absque ulla exceptione.

Licet enim legata annua absque præfinitione temporis relicta persolvi integrè debeant in principio cuiuslibet anni secundum dispositionem juris scripti l. 1. C. quando dies legat. vel fideicom. ced. num. expendant, & exorant, Alciat. in l. qui hoc anno n. 10. ff. de verb. obl. Soccen. conf. 10. nu. 14. lib. 1. Camarell. de legat. lib. 3. vers. legata annua quest. 10. nu. 1. Antonell. de tempor. legat. lib. 4. cap. 16. num. 15. Conciol. alleg. 26. nu. 2. Joseph. Roderic. dec. Lucen. 23. nu. 1. & sequentib. & de Franch. dec. 155. nu. 2. vel saltem pro rata de semestri in semestri anticipatè, & in principio cuiuslibet semestris iuxta magis æquam, & recentiore sententiam à nostro Tribunali approbatam in dec. 680. n. 6. & seq. p. 4. tom. 3. rec.

Nihilominus cum in presenti contraria concurrat Testatoris voluntas ex pluribus partibus Testamenti satis desumpta, hæc tamen tacita, & conjuncta facit cessare dispositionem legis, & operatur, ut solutio legatorum annuorum sit faciendæ de semestri in semestri potestiatè ad Text. in l. nec semel, & in l. cum præfinito & in l. firmo Hierodoro ff. quon. dies legat. ced. & tradunt Altograd. conf. 72. n. 27. lib. 1. Monet. resp. 20. m. 61. par. 1. Surd. de olim. tit. 9. q. 16. nu. 11. & admittit Rota in supradicta dec. 680. n. 7. & 8. p. 4. 10. 3. rec. in qua regulata fuit legatorum solutio iuxta mentem Testantis, quæ in hac materia totum facit, & tanquam lex est ad unquam servanda. vulg. ff. de pign. de nupt. Voluntas autem Testatoris potestiatem legatorum solutionem demandans aperte hic resultat tum ex eo, quod ipse præcepit, quod ex fructibus hereditatis D. Marchionissæ prius, & ante omnia retinere deberet annua scut. 12. m. deinde ex illorum residuo legata persolveret legatariis; Undè cum in hac hereditate nulli fructus exstantur anticipatè, sed qui retrahuntur ex Censibus, & Cambiis salvantur potestiatè, alii autem procut sunt fructus Locorum Montium de bimestri in bimestri potestiatè, & naturales denique percipiuntur solitis anni temporibus ex mensibus, & recollectis, clarè patet, quod fuit ipsa D. Marchionissa magis à Testatore dilecta, & omnibus legatariis prelatà non potest de scut. 12. mil. anticipatè satisfieri ex fructibus, qui in principio anni non adfuerunt: Ità multo minus ex residuo eorumdem fructuum possunt, aut debent anticipatè satisfieri legatariis minus dilecti, & in ordine solutionis posteriores. Tum etiam ex eo, quod idem Testator in casu diminutionis fructuum suæ hereditatis, si per la verietà delle stagioni si anco per la spese de Ministri, opeve, e reparazioni, e qualsivoglia altre spese tanto utili, quanto necessarie, e provisionali, che si doveranno, o potranno fare dalla d. Signora Marchese Girolama, o per altro caso, che si potesse dare. Voluit, quod prius diminueretur demandatum multiplicum pro Domino Ruspula, deinde multiplicum pro Domino Marsiccotti, & successivè diminuerentur annua legata: portione autem assignatam D. Marchionissæ fuiti jussit priorem, & anteriorem esse præteritum aliiis, quod ad solutionem, ita in casu contrario diminutionis ultimam, & posteriori declaravit. Hæc autem omnia juxta mentem Testatoris, & ordinem ab eo, ut supra præscriptum nullatenus exequi posse videntur anticipatè, & in principio anni, sed potestiatè, & in fine semestris, cum quantitas fructuum hereditarium, ex quibus demandata solutiones sunt faciendæ, cognosci, & determinari non valeat nisi post illorum exactionem,

Dec. ad Theatr. de Luca Vol. II.

post completas omnes expensas, quæ prius, & ante omnia sunt deducendæ, tam ex dispositione juris communis de qua Text. in l. fructuum, & l. divortio §. Imponere ff. sol. matr. quam ex præcisa mente ejusdem Testantis, qui expressè voluit attendi debere. In fructu netto della mia heredità detrattone ogni sorte di spese come sopra, fondi de debitori, fructo cessante, e qualsivoglia altra spesa, per la quale si diminiusse il frutto di d. heredità &c.

Quibus sic positus parum aut nihil obstitit contraria animadversio ex solito Testatoris deducta, ex eo quod stante spatio sex annorum, quod supervixit post conditum Testamentum, semper anticipatè de mensè in mensum præstiterit Eminen. D. Card. summam annuam, quam illi legaverat argumento deducto ex Text. in leg. fundum 38. ff. 6. de fundo leg. Ancar. conf. 165. num. 3. Cyr. contr. 34. nu. 3. & Men. præsumpt. 106. n. 7. la 4. Siquidem ubi etiam solutiones præstatae justificaverunt in factò quoties, prout hic, expressè resistit Testatoris voluntas, cessant argumenta ex conjecturis extrinsecis desumpta vulg. l. ille aut ille ff. de leg. 2. Potissimum cum in presenti non agatur de modo solvendi annuum dumtaxat legatum relictum ad favorem D. Card. Marsiccotti, sed plurimum aliorum famulante, & abque ulla prioris contradistinctione factum diversis aliis personis, quibus antea Testator nihil solvebat, quorum respectu ficuti non militat ponderata conjunctura soliti, ita respectu omnium æqualiter contemplatorum subintrat generalis regula, quod una determinatio recipiens plura determinabilia, æqualiter debeat omnia determinare, de qua Text. in l. jam hoc iure ff. de vulg. l. Lucius ff. eodem, & l. quomvis C. de impuber. Castill. contr. par. 2. lib. 5. cap. 97. nu. 4. Rota dec. 22. n. 45. cor. Arguell.

Hinc autem potestiatam solutionem de semestri in semestri DD. faciendam decreverunt, liberè, & abque ulla exceptione, ita pariter suam ex littera testamenti, in quo legatorum satisfactio tam respectu D. Card. quam etiam D. Com. Capizucchi expressè demandat futiendi liberamente, & senza eccezione alcuna, Neque visa fuisset post elaplum semestri retardari posse ullò prætextu, vel ex eo fecilicet, quod D. Marchionissa non sit adfuit satisfacta de scut. 12. mill. vel ex quo fructus bonorum hereditarium non sint adhuc exacti, vel demum ex quo redditus consistentes in specie, non sint adhuc in pecuniam redacti, & conversi: Etenim quod anteriorem satisfactio-nem D. Marchionissæ de scut. 12. mill. quæ iuxta mentem Testatoris ipsa prius, & ante omnes retinere debet, cum de opulentiæ hereditatis non dubitetur, nec de pingui redditu ejusdem debent sufficienti, sed supervivendanti ad satisfactio-nem omnium onerum injunctorum, DD. non dubitarunt, quod intra semestri ex dd. fructibus potissimum Locorum Montium ipsa possit integrè satisfieri, quo verò ad difficultatem exactio-nis fructuum, cum Domina Marchionissa per acceptationem hereditatis quasi contraxerit cum legatariis, censetur se obligasse ad annuas præstationes de tempore voluto à Testatore, nullo habito respectu ad sollicitam, vel serotinam fructuum exactio-nem, & consequenter erga alios tenetur intra vires hereditatis statuti temporibus actione personali per Text. in Malefic. §. hæres ff. de off. & obli. & l. apud Julian. §. final. ff. quibus ex causis in poss. & tamen hereditatem prædictam adieverit cum ben. leg. & invent. eoque gaudeat, Andr. contr. 200. nu. 5. & seqq. Marr. 10. Med. d. sen. 39. num. 4. Adden. ad Burat. dec. 257. nu. 22. vers. Verum hæc limit. & Rot. cor. Priolo. d. 30. nu. 26. & d. 83. nu. 10. & seqq. Nec potest legatorum solutionem retardare sub prætextu redditionis rationis faciendæ de exactis, vel non factæ exactio-nis pecuniarum, seu quovis alio simili, Andreol. contr. 155. sub nu. 26. vers. & C. magis & contr. 242. num. 12.

Maximè cum exactio-nis dilatio contingat ut plurimum vel ex majori commodo, & utilitate hæredis data opera differentis venditionem fructuum naturalium, ut d. tempore magis congruo, si ve opportuno vendantur cariore pretio sibi, vel hereditatis magis proficuo, vel ex negligentia ejusdem non curantis exactio-nem per debitas diligentiæ, quæ illi imputari quidem debent, non autem credere damno, & præjudicio legatariorum, qui præscriptis temporibus liberè sunt, & abque ulla exceptione satisfaciendi juxta legem à testatore demandatam, & ab hærede omnino servandam.

Et ita omnia alia questionibus ad hujus articuli definitionem non necessariis, & profus extraneis decim fuit utraque &c.

R. P. D. P R I O L O .

Romana, seu Albanen. Legati.

Lun. 4. Junii 1696.

A R G U M E N T U M .

Immutatio dispositionis Testatoris ex pinguiori adimplemento facta irritari non debet, & licet adimplementum non sit juxta litteram dispositionis, attamen Hæres censetur non voluisse novam exercere liberalitatem, sed legati extinctionem peragere.

S U M M A R I U M .

- 1 Hæres pinguis adimplendo voluntatem defuncti, immutato ex tali pinguis adimplemento satisfacienda non est.
2 Dispositio ab hærede emissâ per quam pinguis voluntas Testatoris adimpletur censetur facta non ex nova ejus liberalitate, sed in extinctionem obligationis & cum.
3 Relativam prædette omnia superius expressa comprehendit nec ullam recipit restrictionem.
4 Ad quod hæres & executor Testamentarius gerunt censetur fieri ex verisimili Testatoris voluntate.

D E C I S I O X V I .

Maxima, & sollicita charitas, qua Bernardinus Castellanus prosequutus fuit, non minus suam Patriam Carcerarum, quam Patres Scholarum Piarum eo provectam est, ut ille in suo, cum quo decessit elogio mandaret R. P. D. Andrea Castellano suo fratri & hæredi - Che si comprino luogbi 25. de Monti non vacabili Camerali, quanto più presto sarà possibile, di fructo, & anno reddito di scudi cinque almeno per ciaschedun luogho delli fructi de quali si disingua, come segue, cioè delli 25. luogbi se ne comprerà un luogho degl' istessi non vacabili ogni anno, il quale sia obligato medicare i Padri delle Scuole della Terra, il quale sia obligato medicare i Padri delle Scuole della Pie, l' anno seguente si farà l' istessa compra, seguitando così il terzo, quarto, quinto, & sesto anno, il settimo, ottavo, nono, decimo, undecimo, & duodecimo si darà il sopravanzo non al Medico, ma al Chirurgo, che saranno circa 30. scudi, al Medico cinquanta, &c. l' anno 51. 52. 53. 54. & 55. si daranno 25. altri scudi per maritare una Zibilla, che in tutto saranno due l'anno si abilitate cose sopraddette si seguiti à comprare il luogho di Monte ogni anno, &c. & seguitando à comprare quattro, cinque sei, & sette, & quanti si potranno, si andaranno multiplicando sino à tanto, che saranno arrivati à cinque cento luogbi, che sarà in termine di anni 160. & quando sarà di più arrivato al numero di cinque cento si farà provvisione, & nuova Carità de fructi. Et perche può essere, che doppo la morte mia si scuoprano delle difficoltà circa alle cose sopraddette, per ciò voglio, & dichiaro, che sia in arbitrio de detto Monsignore Erade insieme col Padre Generale di poter riformare, commutare, & dichiarare, aggiungere, & smuovere alla presente mia disposizione in quelli capi, & in quelli parti, che parerà à loro essere conveniente, & per che il primo Investimento non sia meno di quanto si è detto, &c.

Prævia tam à Præposito Generali, quam ab hærede ob longissimam diurnitatem temporis duorum seculorum, & ultra difficultate implendi dispositio in hoc legato, utendū facultatibus sibi per Testatorem attributis, illud commutandi, minuendi, & reformandi, loco hujus multiplici fuit cum consensu, & auctoritate ejusdem Præpositi Generalis à R. P. D. Joanne Andrea subrogato non solum pecunia impensa in constructione Domus, & Conventus per ipsum ædificati in dicto loco Carcerarum, sed ulterius in donatione universalis, quam idem R. P. D. Joannes Andreas fecit favore Almae Domus Lauretanae, assignavit nonnulla pinguia emolumenta ad commodum Patrum Urbis cum ex-

pressa declaratione, quod omnia alia censerentur irrita, & cassata, ea signanter reddita ratione, ne illorum Religio duplex emolumentum consequeretur, & insuper mandavit, ut in Collegio Piceno semper, & in perpetuum educarentur sex Juvenes de loco Carcerarum, & quatuor honestis Puellis ejusdem loci distribuerentur totidem subsidia Dotaria scutorum 30. pro qualibet, Summario Domus Lauretanae nu. 8.

His ita se habentibus, in seque Communitas pro implemento hujus legati, & sententiam obtinuit ab A.C. Baranzono, devoluta deinde Causa in gradu appellationis coram me sub die 27. Junii proxime præteriti emanavit illius favore Decisio, eod præcipui poterant quidem in iis, quod Executores Testamentaria moderari, & corrigere Legatum à Bernardino relictum; & minime tamen poterant immutare illius substantiam, ne redderetur inutile adeo enixum Testatoris desiderium, & tanta sedulitate, & diligentia præordinatum, colligatur ex ipsa tamen dispositione Legati superius recentita. Revocata tamen hodie ad examen hac decisione coram me edita, & inventa minus subsistenti repositum fuit pro recessu à decisio.

Animadvertentibus quippe DD. sive legatum Bernardini respicere commodum Patriæ, sive PP. neutri actionem competere, non quidem PP. quia illorum favore sequuta fuit commutatio in melius, & cum majori impensa hæredis, nam adepti sunt in Patria Testatoris Ecclesiam, & Domum regularem cum impensa ferè scutorum decem mille, habuerunt etiam ex donatione alia pinguiora emolumenta cum consensu, & auctoritate eorum Patris Generalis, qui medio juramento declaravit commutationem, quæ à Testatoris hærede fiebat, fieri ex voluntate Bernardini, qui talem facultatem impartitus fuerat, cumque hæc omnia fuerint à PP. acceptata, illi modò non possunt agere ad confiscationem hujus emolumentum, ne proprium factum impugnare viderentur.

Nulla demùm competat actio, nec minus favore Patriæ quoniam commodum multiplici ab illa percipi non potuisset, nisi ex fructibus fructuum longo temporis intervallo investendis; Ideoque cum illud esset valde remotum, & eventuale, dum Reverendissimo Pater Dom. Joannes Andreas suæ Patriæ æque amantissimus, ac Bernardinus, ut eadem celeriter hoc emolumentum periret possent, mandavit educari in Collegio Piceno sex adolescentes, & distribui quatuor subsidia dotaria scutorum 30. pro qualibet ex Paucis subdendis, dicitur pinguis adimplevisse voluntatem Testatoris, quod ab hærede fieri poterat, non solum quia habebat facultatem reformandi, addendi, & minuendi; sed etiam litteralem potestatem commutandi; Adde. ad Bertol. n. l. Capitularum 11. lit. A. in fin. C. de Testam. Mil. Barbach. de Epist. lib. 4. p. 4. num. 79. Monet. de Commut. ult. volunt. cap. 5. num. 59. cum pluribus seqq. Palm. Nep. allegat. 280. n. 8. §. Ex quorum cum seq.

Abique eo, quod dici mereatur, quod tales dispositiones factæ in beneficium Patriæ emanaverint ex propria liberalitate, & munificencia ipsius Reverendissimi Patris Domini Joannis Andreae, quia cum ex toto actibus superius recensitis clarissime dignoscatur illius voluntas commutandi multiplicum à Testatore præordinatum; & loco illius alia emolumenta subrogandi, dicendum est, quod quatenus remansissent aliqua obligationis reliquæ apud hæredem, ipse per subsequentes dispositiones, quæ pinguis, & celeriter cedebant in beneficium suæ Patriæ voluerit, ita legando, propriam obligationem extinguere ut in simili notat Cabell. conf. 115. per totum lib. 2. ne liberalitatem exercere videatur in iis, ad que ex precepto sui fratris obligatus reperiebatur, ad Text. in leg. 28. in fin. ff. de ultim. legat. Surd. conf. 112. n. 7. cum seqq. Gob. consulti. 126. nu. 15. & Mans. conf. 130. nu. 105.

Cumque ex his jam confiteri de voluntate hæredis Immutandi dispositionem Testatoris, minus dubitandum erit de illius potestate, quæ resultare visa est ex amplitudine verborum, ibi enim non solum concessa fuit facultas reformandi, & minuendi, sed ulterius addita etiam potestas commutandi, quo casu ne remaneat ignis, & frustratoria, dicendum est, illam exercere potuisse, tam circa accidentalita, respicientia modum exequendi, quam circa

circa substantiam ipsius legati, ut probant auctoritates superius allegatæ in §. nulla demùm.

Quod magis comprobatur, quia Testator non unice motus fuit ad impariendum talem facultatem ex eo, quod dumtaxat voluerit occurrere difficultatibus à se non prævisis, & forsan tractu temporis contingibilibus circa modum distribuendi fructus ex multiplo retrahendos, sed potius illam impartitus fuit, ut indefinitè etiam consuleret circa se cose prædette, & executione di esse. Cumque ista non minus comprehendat multiplicum, quam erogationem fructuum, dicendum est talem facultatem nullam pati restrictionem, & ad omnia æque bene referri, Ad. ad Buratt. decif. 742. nu. 12. Rota dec. 524. n. 12. cum sequentibus par. 18. rec.

Etque evidentes, attentis illis aliis verbis perche il primo Investimento non sia meno di quanto si è detto. Ideoque dum Testator expressit primum Investimentum loco 25. montium primo anno cum augmento alterius loci, data erat in cæteris talis facultas tam multiplicum, quam fructuum distributionem commutandi, cum exceptio in uno casu firmet regulam in contrarium in omnibus aliis non exceptis ad Text. in leg. questum §. denique ff. de fund. Instr. Menoch. conf. 14. nu. 17. Rota in recent. decif. 144. nu. 2. p. 1. quod etiam evincitur ex aliis verbis ponderatis in decisione, quæ revidetur in fine §. Executores, nam si Testator declaravit, E perche l' intentione mia è, come si è detto, che questo Investimento si faccia quanto prima senza perdere punto di tempo &c. Per hæc enim verba clarè datur intelligi, quod ille à potestate commutandi voluit solummodo excipere primum Investimentum, firma remanente quoque reliqua, ut de se patet.

Cæterum apud DD. maxime prævaluit industria, & amor hæredis, ac exequitoris Testamentarii per defunctum considerate ibi. Promettendomi tanto dell' amore, che mi ha portato, & porta sempre Monsignore sudetto, & della bontà del Padre Generale presente, & che sarà pro tempore. Ideoque si ipsi de facto usi sunt hac facultate profutendo etiam medio juramento se plenus instructos de voluntate Testatoris, & novam formam dederunt illis dispositioni censendum est, quod isti alioquin piissimi Viri ad hanc commutationem devenissent, maxime cum bona fide, vel jura credituræ usadente hoc fieri potuisset, & propterea ne R. P. D. Joannes Andreas, qui coherens voluntati Testatoris; illius, & totam suam substantiam in pios usus erogavit, ex tali Commutatione remaneat in danno, sequitur proinde, ut officium ab ipso bona fide impartitum, & cum utilitate legatarum etiam explicitum non solum redundare non debeat in ejus præjudicium, Imò potius id, quod factum fuit, censetur factum, ex verisimili Testatoris voluntate, Monet. de Commut. ult. volunt. dicto cap. 5. n. 56. & Card. de Luca. de Testam. di. curs. 81. n. 4. cum sequentibus.

R. P. D. URSINO DEGANO.

Romana Salviani.

Merc. 5. Junii 1697.

A R G U M E N T U M .

Pro Legato competit hypotheca in bonis Testatoris ne dum ex potentia legis, sed etiam ex præsumpta Testatoris voluntate, adeo ut etiam utilis Serviana etiam contra Tertium. In dubio censetur quod Legatis, non vero illa hæredis, nisi dixerit onerare Hæredem cum subsistentibus in bonis Hæreditariis.

S U M M A R I U M .

- 1 Pro Legatis competit actio hypothecaria cum in legato hypotheca tributa sit per jus commune.
2 Et si hypotheca non venit ex sola potentia legis, sed ex præsumpto iudicio Testatoris.
3 Et ideo pro legato datur utilis Serviana.
4 Etiam si agatur contra Tertium Possessorem.
5 Pro constituendis monumentis secundum voluntatem De-

functi hæredes compelli possunt officio Judicis & non iure actionis.

- 6 Adhuc tamen per hoc non excluditur hypothecaria saltem utilis cum hypotheca iudicis officio accedat.
7 Legata facta pro constituendis sepulchris inter dispositiones ad pias causas connumerantur.
8 Et sic pro illis eo magis competit utilis hypothecaria.
9 Testator non præsumitur quod voluerit sub hypotheca pro Legato comprehendere ea quæ ad ejus specialem affectionem pertinebant.
10 Contrarium est verum ubi agitur de hypotheca pro relictis in Testamento quæ exerceri tantum potest post obitum Testatoris.
11 In dubio Testator censetur voluisse obligare Bona propria, & hæredem suam quantum minus fieri potest vel le gravare.
12 Testator per verba onero hæredem meum intelligitur voluisse illum onerare juxta dispositionem iuris scilicet in bonis hæreditariis, non autem in bonis propriis.
13 Forma in Brevis præscripta est ad unguem adimplenda ita ut aliter gesta non valeant.
14 Subrogatio facta super corpore non libera ab omni onere contra mentem Papæ aliquid non operatur in præjudicium Creditorum.
15 Clausula derogatoria regule de iure questio non tollendo restringitur ad limites voluntatis in propria dispositione contenta.

D E C I S I O X V I I .

Pro adimplemento piæ dispositionis demandatæ in ultimis tabulis clar. me. Cardinalis Ludovici sub his verbis conceptæ onero hæredem meum, quod tamen onus non erit illi nisi summo honori, ut corpus Gregorii XV. Patrius nostri suæ nebræ apparatus, & pompa, que tanto Pontifici de nostra familia, atque adeo de universa Ecclesia præclarissimi merito debetur in Templum S. Ignatii transferat, eoque in tumulo condat, in quo tanti Viri virtus, & Cineses deponatur. Meum vero Corpus in sepulchro suo prædicti Pontificis pedes locetur, ut sicut viventem Patrium vivus nepos sum, ex animo veneratur, ita etiam mortuus ex mortuo subditus, ac suppliciter cineses habeam. Agente Ven. Ecclesia S. Ignatii Collegii Romani in Iudicio immisionis ex remedio utilis Salviani interdicti ad Villam Pincianam, seu Ludovisiam de tentam à DD. Sororibus de Ludovis, ac Marchione Cæsare Baldinotto. A. C. cui in prima instantia controversia delata fuit, favorebilis Actoris immisionis sententiam protulit pro feut. 15000. retrahendis ex fructibus Villæ, ac in Ede sacra deponendis ad effectum illa erogandi in constructionem utriusque Tumuli: A qua cum mihi appellationis cognitio delegata fuerit, dato oportuno Dubio. An sit danda immisio. Super illo quod Patres consiliis, & responsum habui. Dandum esse immisionem.

Iustificata quippe apparuerunt omnia extrema in hoc Iudicio necessaria, quia antiqua Testatoris possessio, modernaque Reorum non deducebatur in controversiam. Creditum verò in genere satis refulabat ex Testamento, & in speciem probatur ab attestatoribus Peritorum, qui longè majorem summam feut. 15000. pro utroque Tumulo contrivendo necessariam esse autumabant, ut legere est in Summario Actoris n. 3. & 4. Et hypotheca tandem derivabat tam à dispositione iuris antiqui in l. Creditoribus 4. in fin. ff. de leg. 1. & moderni in l. prima C. communia de legat. & in d. Nostri in fin. Infit. de actio. quam à præsumpta voluntate dispositentis, qui cum voluisse censeatur, ut legata ab hæredibus præteritur, eorum proinde favore inducta dicitur utilis Serviana, seu hypothecaria, ut clarè se explicant tam Infitian. in dicit. l. prima C. communia de legat. & in d. Favendum voluntatibus defunctorum affirmat feuisse adinventorem hujus hypothecæ legataræ (licet etiam in ff. iustus leges concordantes) quam communiter ibi scribentes, dum tenent istam hypothecam non venire ex sola potentia legis, sed ex Iudicio etiam Testatorum, ut videtur est apud Cror. n. 78. & alios passim; sicque communis inolevit opinio pro relictis legatis, ac dispositis in Testamento dari utiliter Servianam, seu hypothecariam ex beneficio citatæ legis primæ C. communia de leg. de qua apud Negufan. de pignor. in 4. 3 in membr. p. 2. n. 150 Pacific. de Salvo inter. in sp. 3. c. 4. n. 186. magistratraliter Merl. de pign. l. 30. tit. 1. q. 14. per tot. Mart. Med.

dic. exam. 23. n. 1. & seq. Viv. dec. 396. num. 1. & tenuit perpetuo Rota coram Durand. dec. 295. num. 4. & coram D. noz. junior. dec. 792. nu. 10. & seq. & in rec. dec. 362. n. 3. par. 19. etiam agatur contra Tertium possessorum, quia reprobata est opinio illorum, qui tenent actionem pro legato retinere naturam personalis, ut penes Mart. Med. exam. 22. n. 27. & 28. Fulcr. conf. 52. num. 19. cum sequentibus & subdit Merlin. de pignor. dicta quest. 14. n. 17. & 18.

15 Licet autem speciale sit in jure, quod ad construenda monumenta secundum voluntatem Defuncti heredes compelli possint officio Judicis, & non jure actionis ad Text. expreſsum in l. Militis. C. de Relig. & sumpt. funer. exornatum à Craſſ. recept. sentent. tit. de legat. quest. 74. num. 8. & quest. 76. nu. 3. Adhuc tamen non per hoc excluditur hypothecaria saltem utilis, quia eadem ratione, qua compellitur hæres, eadem potest res compelli, & ubi datur compellitur personalis officio Judicis convenit, ut ad eundem effectum detur compulſio realis; nam hypotheca Judicis officio accedit, ut unanimiter affirmant Bart. in d. l. prima num. 13. in fin. Imol. num. 2. vers. Item addo Alex. num. 24. Rip. num. 66. Jason. num. 132. vers. 2. alique apud Pacific. de Salvia. Inspec. 3. c. 4. n. 196. & plenè Negulan. de pignor. dicta par. 2. membr. 4. num. 157. ampliat. 1. & melius Merlin. de pignor. d. lib. 3. tit. 1. quest. 14. n. 31. & novem seqq. & de veriori, & communiori sententia testatur idem Craſſ. in objecto laudato dicta quest. 76. nu. 3. & Mart. Med. d. Exam. 23. n. 28.

7 Taliſque intellectus, & fortius militat, quia nostra questio versatur in dispositione, sed relicto ad pias Cautias, in quo ampliative procedit sanctio legis primæ C. communi de legat. ubi præcipue cum talia sint legata, vel fidei commissiva, quæ pias actibus sint deputata, & advertit sæpius citatus Merlin. de pignor. d. q. 14. num. 29. Ideoque cum legata facta pro construendis sepulchris connumerentur inter dispositiones ad pias Cautias, ex sententia Imol. in l. prima §. fin. ff. ad leg. Falcid. Dian. par. 7. tract. 6. de Testam. privill. resolut. 31. ad fin. & Murg. de sepulch. tom. primo tractat. 5. disp. 6. numero secundo pro illis citat controversiam utilis hypothecaria concedenda veni.

Nec subsistit, quod data etiam competentia hypothecariæ illa exerceri minime valeat adversus Villam Pincianam uti rem speciali affectioni Testatoris pertinentem, quamque cum non esset verisimiliter obligaturus comprehendit proinde non censeatur in obligatione, sive hypothecæ generali ad Text. apertum in l. obligatione generali, & tribus sequentibus ff. de pignor. Nam quidquid sit an exceptio dictæ legis verificetur solum in iis rebus, quæ sunt de ministeriis necessariis hypothecantis, ut potè suppellectilibus, vestibus, mancipiis, aliisque consimilibus, vel etiam comprehendat res ratione simplicis oblectamenti peculiari affectioni pertinentes: Difficultas collocatur in casu, quia obligatio generalis Bonorum est collocata post mortem obligantis, quo casu cum cesset ratio vel necessarii, usus, vel peculiaris affectionis, cessat etiam dispositio dictæ legis obligatione generali, ideoque in hypothecæ oriente ex legato, vel ex dispositione per ultimam voluntatem omnia indistinctè comprehenduntur cum revera post mortem nulla remanere necessitas, & nulla considerari possit affectio pro usu Testatoris, quæ didicero apta est impedire usum utilis Servianæ, ut bene distinguunt Corn. consil. 60. nu. 15. & 16. lib. 1. Negulan. de pignor. p. 2. membr. 2. n. 35. Merlin. eodem tract. lib. 2. tit. 1. q. 54. num. 20.

11 Minusque urget, quod Cardinalis Testator voluerit tacitam hypothecam pro dicto legato prohibere in bonis propriis, dum ad illius implementum oneravit personam hæredis; siquidem ad hoc ut hæres dicatur gravatus in bonis propriis necesse est, quod Testator vel verbis expressis id demandaverit, vel aliunde id deducatur ex urgentibus conjecturis reddentibus rem claram, & manifestam, cum aliàs in dubio censetur obligare voluisse Bona propria, & hæredem suum, quanto minus fieri potest velle gravare, ad Text. in l. sequenti quest. 70. ff. de leg. 2. & in l. Lucius 78. §. Maritus. ff. ad Trebellian. & optime Rota dec. 378. n. 2. & 11. coram Priolo & dec. 93. per 101. & signanter n. 10. coram Durand.

In præsentem autem themate expressa non est prohibitio hypothecæ in Bonis propriis, & tacita deduci non va-

let ex verbis onero hæredem meum -- quia intelliguntur juxta dispositionem Juris de onere ferendo in Bonis hæreditariis non autem in Bonis propriis hæredis ex firmatis per Rot. in decis. 378. nu. 4. 20. & 21. coram Priolo, ubi concord.

Denique vim minime faciebat, quod Villa Pinciana fuerit usque ab anno 1670. data in solutum fororibus de Ludovisus ex iuribus dotalibus Principissæ Constantiæ Matris, pro quibus sicuti obligata erant in subsidium Bona fidei commissi, & Primogenituræ institutæ usque ab anno 1622. à Duce Horatio Patre, & Cardinale Ludovico filio, ita hypothecata remanserit Villa Pinciana in executionem specialis Indulti san. mem. Urbani VIII. subrogata loco Bonorum fideicommissariorum Bononiæ, & Ferrariæ quæ alienata fuerunt in clar. mem. Cardinale Bernardum Spadam: Nam Domini ponderarunt originariæ Villam Pincianam non fuisse obligatam, nec pro fideicommissio nec pro Constitutione Dotium, quia erat in Bonis liberis Cardinalis, nec fuit Primogenituræ supposita: subrogatio verò quæ facta fuit vigore Indulti Urbani VIII. capere nequebat Villam Pincianam, quia cum Papa ordinaverit, ut omnia vincula indentia bonis alienationis transferrentur super bonis stabilibus in statu Ecclesiastico existentibus, & ab omni onere liberis, Summario Colligi num. 6. illa transferri nequebant super Villa Pinciana, quæ ex prædictis libera non erat ab omni onere, sed obnoxia hypothecæ pro constructione monumentorum à Cardinali Ludovico demandata: Vnde cum forma in Brevi præscripta sit ad unguem adimplenda, ita ut aliter gesta non valeant, Surd. dec. 268. n. 17. Rota cor. Ser. ph. dec. 1474. n. 2. coram Cavaler. dec. 612. nu. 16. & in rec. dec. 363. nu. 3. & seqq. par. 14. 10. & dec. 46. n. 5. & seqq. p. 18. subrogatio facta super corpore non libero ab omni onere fuit contra mentem Papæ, nec aliquid operatur in præjudicium Creditorum anteriorum, & legatariorum, & prosequitur Rota coram Cerr. dec. 316. n. 4. in nihil obstantibus clausulis, & derogationibus regulæ de Jur. quæſti. non tollend. quia illæ restringuntur ad limites voluntatis in propria dispositione contentæ, ut optime Rota in dec. 48. n. 22. & seqq. n. 24. ubi de derogatione regulæ de Jur. quæſti. non tollendo, & ita etiam in dec. 129. n. 7. coram Seraphim. dec. 163. num. 14. & seqq. coram sancti. me. Alexandro VIII. Ideoque cum mens Papæ fuerit subrogandi solum Bona omnino libera, & ab omni onere exempta, illa adimpleta non dicitur Villa Pinciana-jam hypothecata à favore Actorum, quorum jus ex hac propria ordinatione Papa præservavit.

An verò res conventa pro restitutione Dotis maternæ in subsidium agere valeant vel contra Bona fidei commissi alienata indulgè vigore Urbani, vel contra Bona libera Cardinalis vigore obligationis ab ipso assumptæ in erectione Primogenituræ viliam fuit adhibendum, & altiore mereri indaginem, d. sciendum proinde in suo peculiari Judicio, minime verò aptum retardare Judicium Summarium immisionis vigore utilis Salviani juxta notas regulas.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. P I O.

Romana seu Januæ. Successionis.

Ven. 19. Junii 1693.

ARGUMENTUM.

Licet juxta doctrinam Car. de Luca de Success. Disc. 17. ut Statutum de successione loquente locum possit vindicare exigatur utraque subiectio, attamen si Testator de clara veritate vellet ut succedentes ab intestato juxta Statuti dispositionem in ejus Hæreditate succedant in omnibus bonis etiam extra ditatem loci Statuti dispositio Statutaria admittitur, cum eo casu Succedentes ab intestato & vocati per Statutum dicantur succedere non ex vi legis, sed ex dispositione Testatoris.

S U M M A R I U M.

- 1 Declaratio Testatoris quod in ejus hereditate succedant venientes ab intestato importat dispositivam voluntatem ac si illos nominatim institisset.
- 2 Venientes ab intestato non dicuntur succedere ex voluntate Defuncti, sed ex dispositione legis si Defunctus simpliciter declaraverit quod intestatus volebat decedere.
- 3 Contrarium tenent multi Doctores.
- 4 Quoties tamen Testator non simpliciter declaraverit velle intestatum decedere, sed ulterius progrediendo in suos hæredes venientes ab intestato designaverit, tunc plenum & compertum redditur istos admitti non ex permissio legis titulo, sed ex dispositivo Defuncti judicio.
- 5 Voluntas Testatoris fræ se sit voluntas anomala mixta, vel media semper est servanda.
- 6 Voluntas Testatoris individua præsumitur & propterea iura successiois scindi non debent.
- 7 Stylus debet esse uniformis ad hoc ut attendatur & unicus adus diffinis sufficit ut non attendatur.
- 8 Verba & clausule in dispositiva consensu apposta de voluntate Disponentis, & non de Stylo notari.
- 9 Approbatio importat ac si omnia Testator de verbo ad verbum didisset.
- 10 Aditio facta de hereditate tanquam ab intestato delata potest recipere intelligentiam de Successione intestata secundum dicti & de testata secundum esse.
- 11 Observantia debet recipi eam quæ qualitate cum quæ reperitur nec scindi valet.

DECISIO XVII.

PREVIS tribus Decisionibus elaborato, ac luculento & calamo extensis, quarum prima edita 23. Junii 1681. & secunda emanata 23. ejusdem mensis 1684. impressæ reperuntur apud Mansum consil. 445. & 450. tertia autem, quæ prodiit sub die 6. Aprilis anni 1685. est apud Toræ tract. de majorat. tom. 3. dec. 59. sententiam protulit clar. mem. Cardinalis Matthæjus, qua pronuntiatum fuit DD. Sorores de Pallavicinis non esse admittendas cum Nicolao Fratre ad coequalem bonorum successorem Caroli communis Parentis, de cuius viribus cum hodie in gradu ulterioris appellationis reintegrata contentione dubitaverim omnibus DD. suffragia ferentibus eidem firmitatis pondus accessit.

Valida nempe non minus, quam iusta viſa fuit, quamquam validus ex Actorum revocatione illud præſulſit, & Justitia ultro paruit ex solidissimis fundamentis, quibus laudatæ Decisiones inniuntur, & ex eo præsertim, quod cum Carolus post factam revocationem Testamenti ab ipso præcedente conditi supremam voluntatem, in hæc verba exposuisset, Et quatenus ab hodie in antea nullum aliud condit Testamentum, Codicillos sub aliquam aliam dispositionem ultimæ voluntatis, dixit, & declaravit, quod vult decedere intestatus, quodque in ejus hereditate succedant, sed succedat illi, vel illi, qui ex forma Statuti Genovæ de Success. ab intest. succedere debeat. Invidè manifestè efficitur ad illius intestatam successorem invitatos exitisse illum, vel illos, quibus in hoc casu memoratam lanæ Statutum hereditatem deferrebat, & propterea censendum sit, ac si nominatim Nicolaus masculus filius ab dicti Statuti legem exclusus fuisset institutus.

1 Surd. dec. 128. n. 3. alioque, quos sequitur prior causæ decisio §. Et sane secunda §. Quinto & tertia. & §. Quando enim. Et licet anceps questio fuerit inter Jurisperitos, & semper in utramque partem agitata, An scilicet ratio decedendi ab intestato importet voluntatem dispositivam favore illorum, qui ab intestato succedunt multis cum Baldo in l. Sanctimus Cod. de testam. negativam opinantibus, & videre est, ex latè recollectis per Spad. consil. 336. lib. 3. plerique autem Bartolo suffragando in leg. Iure ff. de legat. 3. præstantioribus argumentis in affirmativam concordentibus inter quos sunt Alex. leg. Si ita script. 13. §. Regul. num. 4. in principio Eugen. consil. 92. num. 27. vers. Non obstat, & num. 20. Becc. consil. 137. num. 19. Buccaferr. resp. 57. num. 25. Argel. de acquir. possess. qu. 4. nu. 107. & seqq. & signanter nu. 113. Surd.

dec. 128. nu. 3. Mart. de success. legal. par. 4. art. 1. num. 24. in fine omnes nihilominus ferè consentiunt, quod ubi Testator prout in subiecta facti specie contentus minime fuerit simplici declaratione quod volebat intestatus decedere, sed ulterius progrediendo in suos hæredes venientes ab intestato designaverit demandando nimirum, quod in ejus hereditate succedat, vel succedam ille, vel illi, qui ex forma Statuti Januæ de Success. ab intest. succedere debent, tunc plenum, & compertum redditur istos admitti non quidem ex permissio legis titulo, sed ex dispositivo expresse defuncti judicio quemadmodum specialiter casum à casu distinguendo declarat Berous consil. 3. nu. 3. lib. 2. Eug. consil. 71. & consil. 92. nu. 19. & 25. vol. 2. Surd. dicta dec. 128. sub num. 3. vers. Quod enim Franc. dec. 287. n. 3. cæterique ad futuritatem congesti in secunda decisione Card. Matthæi §. Certe autem.

Abique eo quod contrarium negotium faceſſat, quod dispositio in hunc modum concepta verè, ac proprie nuncupari nequeat Testamentum, ex eo quod ad invicem inter se contrariantur quemquam Testamentum revocando velle intestatum decedere ac insimul testatum per dispositivam voluntatem vocandi illos, qui ab intestato succedebant quandoquidem apertissime cessare videbatur inter utramque diversam causam testati, ac intestati, quippe quia bene compatitur, quod Carolus in secunda dispositionis parte exoptaverit admisionem masculi, qui secundum præscriptam à Januensi Statuto formam feminis remotis in assequenda hereditate præferretur, atque in alia priori exaratum à se Testamentum irritum, casum, & revocatum voluerit, cumque igitur ex hoc adu Caroli voluntas, quæ momentum facit clara, nullaque indignis interpretatione insurgat, nil refert quo nomine insigniri debeat, vel entis illam voluntatem mediam mixtam, sed anomalam arbitrii velimus, aut novissimum elegendum illud semper constans, & inconcussum erit, quod haberi debet ultima voluntas omnino proinde servanda debiteque executioni demandanda, ut post Torr. de post. futur. success. lib. 1. cap. 9. nu. 26. cum seq. Bartol. de testam. in explicatore leg. Hac consultiſſima §. Si quis autem nu. 9. in fine alioque advertit Rota in d. secunda dec. sub §. B. converso.

Qua sanè dispositiva Caroli voluntate testandi ad formam Statuti Januæ sufficienter comprobata, eaque satis superque vindicata à contrariis objectionibus ex responsionibus in omnibus Decisionibus Card. Matthæi inculcatis quas hic retexere supervacaneus labor existimatus fuit nil proficeret ubi iterum reiteretur, adeoque reliquum ipsius Caroli opulentissimum Patrimonium in pluribus Mundi partibus existens, quod hæredis admisionem regulari debere à Juris Communis sanctione, quæ ad Masculorum, ac feminarum militat, quia cum Statutum Januæ nominatim feminas excludat, etiam à bonis extra illius ditionem existentibus, & Carolus, ut superius præmissimus per hujusmodi testandi modum Nicolaum filium in suum unicum hæredem adsciverit, opinari quidem debemus eam ejusdem Testatoris enixam voluntatem fuisse, quod integra hereditas in præfatum Nicolaum Masculum devolveretur, abique ulla penitus locorum restrictione in quibus hereditaria bona aderant sita, ne contra regularem propositionem, quæ pro individuatæ voluntati Testatorum assiluit Jura successiois scindantur per ea quæ docent in terminis hujusmet Statuti Marcian. consil. 1. num. 171. Cardin. de Luca de Successione ab intestato disc. 4. num. 16. Rota coram Cavaler. dec. 437. num. 2. & coram Priolo dec. 436. num. 9. & in sæpe citata secunda causæ decisione §. Nec juvare atque in postrema §. Haud quidemquam, tantòque magis, quia ad feminarum exclusionem in solis bonis Januæ exuberasset testamenti revocatio, abique eo quod opus fuisset adicere verba illa quodque in ejus hereditate &c. quæ ad hoc, ut inutilia, ac superflua stare non debeant operari perneceſſe tenentur indefinitam atque absolutam exclusionem earumdem feminarum in omnibus, & quibuscumque bonis à Carolo ubique locorum possessis, ut bene prosequitur Rota in dict. dec. 2. sub recessivo §. Nec juvare.

Neque magis adjumentum suggerere posset assertus stylus Notarii Lavagnini, cui consuetum fuisse præterduntur in omnibus testamentorum revocationibus præter Testatorum mentem adicere verba illa quodque in ejus hereditate, tum

tum quia stylus iste per simplices extrajudiciales fides subscriptas à Testibus, vel nimia animofitate notatis, se sequere retractantibus, ut sunt Taxarel. alique, vel perfectè mendacis personam implentibus, inter quos præcipuus Cansisa concludunt probationum genere adhuc demonstratus non fuit, tum quia subfuit, nedum ex juratis attestacionibus 2. Notariorum, ac 12. Jurisconsultorum Civitatis Januæ hujusmodi verborum appositionem fieri solitam de eorumdem Testatorum voluntate fide non indubiam factientium, verum etiam ex istis geminis revocationibus Testamentorum à Lavagnino stipulatis ex quibus liquet difformiter venientes ab intestato vocatos fuisse, quæ concurrente difformitate præfatus stylus remanet interverfus, atque exclusus ad quod unica solita difformitas apta à DD. reputatur, Nat. cons. 135. num. 27. & 28. Surd. consil. 393. num. 24. Carem. resolut. 25. nu. 64. & decidit Rota in recent. decis. 390. num. 8. & 9. part. 16. & decis. 80. num. 6. part. 18. atque observant decisiones Casse prima nempe §. Superfluum etiam, & ultima §. Minus recurri, tum etiam quia non agitur hic de clausulis, & abbreviaturis in quibus revera cadit Notariorum stylus, sed de parte essentiali dispositiva, in qua idem stylus non requiritur, ut Notarius à falsi pena liberetur, quæ certè plecti possit si aliqua ex se, & non ad Testatoris justum apposuisset, ut relatis decisibus 76. num. 21. & 107. num. 2. coram Cocchio firmat eadem secunda decisio §. Quamobrem.

8. Atque ulterius ne aliquid innuendum superfit, non deficit expressa Caroli approbatio, is enim post auditum per extenium rogatum Notarii Lavagnini respondit: *E così dico*, cui quidem specifica approbatione tantum roboris inesse videtur, ut verba ad Statutum relativa tamen de Notarii stylo existissent adjecta, attamen propria ipsius Testatoris evasissent, perinde ac si ab eodem dictata, atque conscripta fuissent ex notatis per Vivium com. opin. 865. num. 9. Casill. controverf. cap. 48. num. 26. lib. 4. Capon. controverf. 50. num. 25. quos refert & amplectitur Rota in prima decisioe, sub §. Quod penitus, & in secunda decisioe §. Quinimo.

9. Parique postremo facilitate eliditur alterum objectum consistens in observantia, quod radicatus sublatum digneferit in secunda decisioe §. Sicuti etiam, & in tertia §. Objectum, quoniam licet Notarius, ut Tutores Nicolai hæreditatem Caroli adiverint tanquam ab intestato adus iste suam recipit intelligantiam de successione intestata fecundum dici, & testata secundum esse ad Soccin. Theorica in Rubrica ff. de acquirenda successione, & cum DD. Sores huc ulque unicum Patris hæredem Nicolaum judicaverint observantiam adducere non valent, nisi cum hac qualitate cum qua debet acceptari ne scindatur, Rot. cor. Mor. decis. 138. num. 6.

11. Ex quibus approbando in omnibus tres Decisiones utraque parte acriter informante emanatas coram Cardinali Matthæo, ita DD. de Rospigliosis hodiè tantum informantibus resolutum fuit &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Romana seu Januæ. Successionis.

Luce 18. Junii 1694.

Non indiget argumento cum illud in præcedenti reperitur Decisione.

SUMMARIUM.

1. Testator declarans quod vult, quod in hæreditate succedant venientes ab intestato secundum dispositionem statuti ejus Patrie censetur ac si nominatim vocasset personam cui per statutum deservit successio.
2. Eo casu dispositio statutaria habet locum in bonis ubilibet existentibus.
3. Statutum porrigit vires ultra Territorium statuentium, ubi cum ipso conjungitur voluntas defuncti.
4. Testamentum seu alia quævis dispositio celebrata secundum mores, & ordinationes unius loci suffragatur ac valet etiam in aliis.

5. Dicitio ab adjecta præfenti tempore operatur ejus separationem & exclusionem.
6. Qualitas intestati verificari valet vel in Testamento revocato, & etiam in institutione venientium ab intestato.
7. Testator mandari ut habeat locum successio statutaria non dicitur neque facere Testamentum neque nominatim speciem ultimæ voluntatis, sed dicitur voluntas quedam media.
8. In circumstantiis posse probari quod Testator ex explicita voluntate favore succedentium ab intestato per Testamenti revocationem non simpliciter voluerit rem redigere ad eorum intestati.
9. Ad effectum aperienti successione venientibus ab intestato sufficit revocatio Testamenti sub explicita causa voluntatis decedendi ab intestato.
10. Testator si ultra revocationem Testamenti dixerit quod succedant venientes ab intestato isti dicuntur succedere ex voluntate Testatoris.
11. Successio deservit etiam feminis si ista à statuto ubi bona reperiuntur sit non sint exclusæ.
12. Non præsumitur quod Testator voluerit scindere hæreditatem in detrimentum plenioris ejus familie.
13. Dicitio & etiam ponitur inter orationes independentes, ac separatas, & æque principaliter copulata.
14. Et potest stare necum expostivo, sed etiam argumentativo.
15. Verba dicit, & declarat sunt dispositiva.
16. Verbum Volo præfertur dispositionem.
17. Ad tollendum stylum sufficit unus actus difformitas.
18. Testator cum approbatione Testamenti omnes Notarii deductiones ac narrativas copulata suas.
19. Observantia que elicitur ex factis prævalet alteri que desumitur ex verbis.
20. Declaratur Text. in l. si quis ita ff. de hæred. instituen.
21. Declaratur in l. qui autem §. planè & §. non simpliciter ff. si quis omisit. caus. Testam.
22. Declaratur Sichad. in l. nostra C. de Testam.
23. Declaratur Dec. consil. 182. & Soccin. consil. 124.

DECISIO XIX.

Revocatus ad trutinam in hac tertia instantia cor. me benigni sententiæ, altera per bo. me. Cardinalem Matthæum prævis Decisionibus editis 3. Martii 1681. 24. Junii 1684. & 6. Aprilis 1685. & altera per R. P. D. meum Pium prævia decisione edita die 19. Junii præteriti promulgatis, denegantibus Magdalene, & Mariæ Sororibus Palavicinis admiffione una cum Nicolao fratre ad intestatam successione in bonis Caroli communis Patris, resolutio prodiit illarum confirmatoria, quia de earum validitate constat ex revolutione actorum, juxta decis. Caputaquen. 262. p. 2. ac de justitia ex eo, quod Carolus anno 1663. coram Notario, & quinque Testibus, quæ sunt solemnitates in ordinandis Testamentis per Statutum Januæ requisitæ, Testamentum præcedenter à semetipso condidit revocavit sub expressa ratione, quod voluit intestatus decedere, & in sua hæreditate succedere eum, vel eos, qui ex forma Statuti Januæ de successione ab intestato succedere debent, & in sua hæreditate succedere eum, vel eos, qui ex forma Statuti Januæ de successione ab intestato succedere debent, & annularit, revocavit, cassavit, & annullavit omnia Testamenta, Codicillos, Donationes causa mortis, & alias quævis dispositiones ultimæ voluntatis per eum hæctenus factas &c. Et quatenus ab hodie in antea nullum aliud condidit Testamentum, Codicillos, seu aliquam aliam dispositionem ultimæ voluntatis, dicit, & declarat, quod vult decedere intestatus, quodque in ejus hæreditate succedat seu succedant ille, vel illi, qui ex forma Statuti Januæ de successione ab intestato succedere debent, & in omnibus, ut supra cassat, revocavit, & annullat, atque declarat omni meliori modo.

Hujusmodi enim revocatio vel est novum positivum Testamentum Caroli, & institutio Nicolai filii, qui ex Statuto Januæ vocatur ad intestatam Patris hæreditatem, exclusis filiabus, & respectivè Sororibus, ut in puncto revocationis Testamenti facta sub eâ ratione, quod succedant venientes ab intestato firmat Aretin. in leg. hæredes col. 2. in fin. vers. Sed quando Testator dicit ff. de Testam. Curt. Jun. consil. 163. num. 3. Bero consil. 3. numer. 3. lib. 2. Becc. consil. 137. numer. 19. Ripol. variat. resolut. cap.

- cap. 12. num. 154. & seqq. Casill. controverf. lib. 4. cap. 38. n. 20. Barry. de success. lib. 10. tit. 1. num. 35. in fin. Franch. decis. 287. numer. 3. Vel certè clarum, & irrefragabile Judicium Caroli, quod ejus hæreditas deferatur secundum ordinem succedendi præscriptum in Statuto Januæ, quod idem est ad effectum, de quo agitur, & abque alio Testamento sufficit ad extendendum Statutariam successione ad bona ubilibet existentia, ut præcisè tenet Bellon. Jun. conf. 74. num. 121. & plurib. seqq. & conferunt tradita per Rolandum. Passager. in tract. de Codicill. cap. 2. numer. 3. inter trad. divers. de success. fol. 376. Reumer. eodem. tract. cap. 6. num. 16. & 20. nam licet Statutum vires non potrigat ultra Territorium statuentium, porrigit tamen ubi cum ipso conjungitur voluntas defuncti, quæ tanquam Regina dominatur, & executioni demandari debet ubique locorum, ut concludunt Giovagnon. conf. 47. num. 2. l. 2. Marcian. conf. primo num. 171. qui in terminis Statuti Januæ, de Marin. resolut. 141. num. 6. lib. 1. Mantie. de sacri. & ampl. big. lib. 6. tit. 8. num. 14. Bellon. de jur. acref. cap. 10. quæst. 2. num. 13. Surd. decis. 329. num. 24. in fin. Rota decis. 437. num. 2. coram Cavalier. decis. 447. numer. 12. & seqq. coram Merlino. & decis. 436. numer. 9. coram Priolo. Præsertim stante Statuto Januæ quod in omnibus dispositionibus, atque ultimis voluntatibus spretis formulis seu conclusionibus luris, mandat fieri, prout voluit defunctus, sive Testator, Testamentum quippe, vel alia quævis dispositio celebrata secundum mores, & ordinationes unius loci suffragatur, ac valet etiam in aliis, ut relatis concordantibus dictum fuit Rota in America Fideicommissi 28. Junii 1679. §. Non obstat coram bon. memor. Card. Vicecomite.
- Hinc nihil relevat, quod Carolus professus fuerit, quod quatenus ab eo temporis momento, quo revocationem exequatur, Testamentum, sed aliam dispositionem ultimæ voluntatis non condidisset, volebat intestatus decedere ibi, & quatenus ab hodie in antea &c. Ideo videtur nequæ actu testasse, seu disposuisse, dum Testamentum, seu dispositionem sibi in futurum præservavit sub conditione quatenus illam fecisset, tum quia conditio illa quatenus ab hodie in antea &c. non negat, sed ponit potius in eo instanti Testamentum, seu dispositionem cum dicitio ab adjecta præfenti tempore operetur ejus separationem & exclusionem, ut notat Mandell. consil. 157. numer. 18. & seqq. Gratian. discept. 161. num. 4. & decis. March. 124. numer. 14. Magon. decis. Florentin. 8. numer. 7. Rota decisioe 75. num. 15. part. 2. diversorum Tum etiam quia qualitas intestati verificari valet, in Testamento tunc revocato, vel in institutione venientium ab intestato, quæ efficit, ut successio aliquo testata, aliquo modo, materialiter, & secundum dici reputari valeat intestata, juxta Theoricam Soccin. Jun. in Rubric. digefforum de acquirend. possess. num. 126. & sequentibus. Et semper urget, quod Carolus vellet potuit intestatus decedere, hoc est, sine solemnibus Testamentis, aut nominata ultimæ voluntatis dispositione, & nihilominus relinquere voluntatem successione Statutariæ præelectivam, quæ non est neque Testamentum, neque nominata species ultimæ voluntatis, sed voluntas quædam media, cujus in similibus terminis meminerunt Baldus consil. 29. in fin. libr. 3. Eugen. consil. 71. numer. 19. & 25. 7. libr. 2. Valquez. de success. creat. libr. 2. §. 16. requis. 20. num. 88. Dant. de Testam. ad explanationem leg. hac consiliosissima §. Si quis autem numer. 9. quæ non modo non destruit, sed imò favet, & adjuvat causam intestati.
- Minus subsistit, quod volentes per Carolum explicata favore succedentium ab intestato non sit dispositiva, sed permissiva dumtaxat, & explicatio ejus, quod tacite inerat, ac futurum fuerat radacta per Testamenti revocationem ad casum intestati, quoniam hoc excluditur ex pluribus circumstantiis, quas potissimum hac in re statuenda spectari debere, monet Soccin. Jun. consil. 145. 9. numer. 1. lib. 2. Eugen. conf. 62. numer. 16. lib. 2. Et primò quidem ex eo, quod Carolus non modo revocavit Testamentum sub explicita causa voluntatis decedendi ab intestato, quod factis fuisset ad effectum subfinitendi revocationem, & aperienti successione venientibus ab intestato, juxta doctrinam Bartol. magis communiter receptam in l. si jure num. 3. ff. de legat. 3. sed ulterius adiecit, quod succedant venientes ab intestato, cujusmodi adjectio

otiosa remaneret, nisi favore hæredum intestatorum importaret voluntatem dispositivam argum. Text. in l. si quando ff. de legat. 3. Olach. decis. 141. numero 4. Secunda quia Carolus voluntatem suam consulti non simpliciter erga succedentes ab intestato secundum censuram Statuti Januæ, & consequenter cum diverso modo futurorum sibi hæredum successionem expresserit, quam qui de jure inhæret, quia nempe in bonis sitis extrâ Territorium Januæ successio deferaenda fuisset ad formam juris communis etiam filiabus feminis, ut per Bellon. 11. de jure acref. cap. 10. quæst. 2. num. 1. ejusmodi expressio pernecelesæ facit dispositionem, ut asserit Mantie. de consil. lib. 7. tit. 18. numer. 4. Cancr. var. resolut. part. 3. cap. 12. nu. 321. Et tertio demum, quia præsumi nequit, quod Carolus intellexerit, ac voluerit scilicet bonorum suorum facere, eaque partim masculo, & partim feminis relinquere in detrimentum plenioris Domus subfinitendi, & conferendi per masculum, aut arguit Bellon. dicto consil. 74. n. 127.

Nec in contrarium urget, quod Carolus nuncupationem succedentium ab intestato fecerit immediate post expressam voluntatem ab intestato decedendi communis orationibus per mediam copulam, ibi Dicit, & declarat, quod vult decedere intestatus, quodque in ejus hæreditate succedat &c. quæ quod idem videtur posteriorum hujusmodi orationem priori subordinasse pro prioris effectus magis designando, quam nova dispositione, & rursus, quod usus fuerit illis verbis Dicit, & declarat quæ non dicuntur disponere, quoniam subordinatio non oritur ex simplici conjunctione per viam copulæ, quæ etiam ponitur inter orationes independentes, ac separatas, & æque principaliter copulata ad Textum in l. Reos, §. Et cum inhabiles, ff. de duobus reis, Gratian. conf. 37. num. 6. lib. 2. Rota decis. 710. num. 6. coram Pamphilo. Et non solum stat expostivo, sed etiam argumentativo, l. Et tamen adjectio, ff. de legat. 3. Rota in Macerata. Fideicommissi 3. Decembr. 1685. §. Quoniam, coram bon. mem. Benincasa. Signanter quando (prout hic) diversis sunt effectus, ac personæ comprehensæ in utraque oratione, quia scilicet (ut præsertim) vigore primæ succedendum foret in bonis extrâ Territorium Januæ per filios tam masculos, quam feminas ad formam juris communis, & vigore secundæ per masculum tantum ad formam Statuti, ut cæteris adductis advertit Rota in Bononiæ. Fideicommissi de Padanis 3. Decembr. 1685. §. Independentis, coram R. P. D. meo Ursino, 15. & verba Dicit, & declarat, sunt dubio procul dispositiva, cum nihil aliud sit dispositio, quam voluntatis declaratio, Caball. consil. 106. numero 6. Rota decis. 475. nu. 16. coram Burato, maxime subequenter verbo Vult, quod & ipsam præfertur dispositionem ad Textum in leg. 16. Pamphilo, §. Propositum, ff. de legat. 3. Cephal. consil. 547. n. 18. & 28. Rub. de Testam. cap. 6. n. 179. & seq.

Simili modo non refragatur observantia desumpta five ex stylo Notarii de revocatione rogati, five ex actibus gestis post mortem Caroli; Non quidem illa desumpta ex stylo Notarii, quod nimirum sub eisdem verbis formulis stipulari, & extendere consueverit simplices revocationes Testamentorum; Quoniam stylus tollitur ex eo, quod Notarius revocationes hujusmodi stipulatus fuit, & extendit quandoque etiam cum simplici vocatione venientium ab intestato abque relatione ad Statutum, 17. & quandoque cum vocatione eorum, qui de jure naturæ succedere debent; Ad tollendum enim stylum, præsertim particularis personæ, sufficit unius etiam actus difformitas, Surdus consil. 393. num. 24. Gratian. discept. 79. num. 9. & 10. Rota decis. 271. numero 2. coram fav. mem. Alexandro VIII, immo quando etiam stylus adesset, non relevaret, quoniam ex duobus Testibus Instrumentariis constat, quod Carolus post lectam sibi per extenium Testamenti revocationem subdit *E così dico* quibus verbis omnes Notarii deductiones, ac narrativas fecit suas, ad tradita per Dec. consil. 643. numero 6. Bero consil. 16. numero 20. lib. 2. Menoch. consil. 37. numero 11. Neque altera desumpta ex actibus gestis post mortem Caroli, quod scilicet Notarius ipse de revocatione rogatus, mortuo Caroli promulgaverit edictum, quod qui 18. scire an ipse decessisset restatus, vel intestatus, revelaret, ac receperit Testes super obitu Caroli abque ullo dispositione ultimæ voluntatis, & ab intestato, quodque Nicolaus auctoritate Magistratus, atque Tutorum hære-